UNIVERSITY OF ILLINOIS
LIBRARY

Class 881 Book D3Y Volume

Dittenberger Library 1907

Ap 08-5M

1. Integram esse Demosthenis Philippicam II. apparet ex dispositione. 1828. Auctumn.

2. Quaeritur, num duo loci Demosthenici de Decadarchia et Tetrarchiis a Philippo in Thessalia constitutis sibi repugnent. 1830. Vern.

3. Ostenditur Hegesippi esse orationem de Halonneso. 1830. Auct.

4. Notitia codicum Demosthenicorum I. 1833. Auct.

5. Notitia codicum Demosthenicorum II 1834. Vern.

6. Notitia codicum Demosthenicorum III. 1834. Auct.
(Odyssee VIII. übersetzt von Konrad Schwenck.)

7. Notitia codicum Demosthenicorum IV. 1835. Vern.

8. Notitia codicum Demosthenicorum V. 1836. Vern.

9. Demosthenis Philippicam III. habitam esse ante Chersonesiticam. 1837. Auct.

10. Herrn Dr. Theod. Heyse Beschreibung der griechischen Codices des Demosthenes zu Rom. 1838. Frühj.

11. Silne restituendum κιττοφόρος pro κιθοφόρος nunc recepto in Demosth. Cor. §. 260. p. 313 extr.? 1840. Auct.

12. Die Aechtheit der Urkunden in des Demosthenes Rede vom Kranze vertheidigt gegen Herrn Prof. Droysen. 1841. Herbst.

13. Fortsetzung. 1842. Herbst.

14. Fortsetzung. 1843. Frühj.

15. Schluss. 1844. Frühj.

16. Nachtrag zu der Abhandlung über die Aechtheit der Urkunden bei Demosthenes. 1845. Frühj.

17. Demosth. Cor. §. 169. 1849.

18. Demosthenis oratio de symmoriis §§. 14–30. 1852. Vern.

19. Σ codicis Demosthenici conditio describitur. 1853. Auct.

J. J. Vömel
Neunzehn programme über Demosthenes
1829-53

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. VERNO. TEMPORE.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Ioannes. Theodorus. Vœmel.

Rector et Professor.

FRANCOFURTI. MDCCCXXX.

TYPIS BROENNERIANIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/quaeriturnumduol00voem

Quaeritur, num duo loci Demosthenici de Decatarchia et Tetrarchiis a Philippo in Thessalia constitutis sibi repugnent?

§. 1. Quum nuper, vere anni praeteriti, de incolis Thessaliae antiquissimis egissem, pro appendice brevissimum locum de Tetrarchiis Aleuadarum addidi a Philippo Amyntae filio restitutis. Quae eo consilio annexui, ut, ad cujus orationes prorsus singulares illustrandas jam ante hos duodecim annos totum me contuli, Demosthenis duo loci, qui videntur certe sibi repugnare et per omnia saecula tentati sunt, quasi in amicorum gratiam reconciliarentur.

In Philippica enim II^da [1] Demosthenes hoc dixit:

Τί δ' οἱ Θετταλοί; ἆρ' οἴεσθ', ἔφην, ὅτ' αὐτοῖς τοὺς τυράννους ἐξέβαλλε, καὶ πάλιν Νίκαιαν καὶ Μαγνησίαν ἐδίδου, προσδοκᾶν τὴν καθεστῶσαν νῦν δεκαδαρχίαν ἔσεσθαι παρ' αὐτοῖς; i. e. Quid autem Thessali? Num putatis illos, inquam, quum iis tyrannos ejiceret, et rursus quum Nicaeam et Magnesiam daret, exspectasse Decatarchiam fore apud se nunc institutam? — Habita est ea oratio Olymp. CIX, 1. sive a Chr. 344.

At idem orator in Philippica III^ia [2] de eadem re et conditione uno eodemque tempore machinata sic loquitur:

---

1) p. 71 §. 22.

2) p. 117 §. 26.

Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πολιτείας καὶ τας πόλεις αὐτῶν παρῄρηται καὶ τετραρχίας κατέστησεν, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατ' ἔθνη δουλεύωσιν; i. e. Sed Thessaliae qui status est? nonne civitates et urbes eorum ademit et Tetrarchias constituit, ut non solum singulae urbes, sed etiam gentes singulae servirent?

§. 2. Quibus locis multi interpretes et perscrutatores variam medicinam attulerunt vel emendandis vel sanandis vel secandis. Alter enim locus varietate quoque lectionis laborat.

Vulgo legitur hoc ordine: *οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τάς πολιτείας.* — Reiskius *καὶ* tollendum esse jubet e structura *παραιρεῖσθαί τί τινα*, male interpretans: „Nonne civitatibus Graecis eripuit *τὰς πολιτείας*, civilia cujusque jura formasque gubernationis et convictus, quibus earum quaeque solebant uti?“ Sed idem continuo, Dionysio Halic. duce, qui [3] nostrum locum citavit, *τὰς πόλεις καὶ* ejicienda esse putat. Schaeferus quoque e scribendi compendio *πο̲λ̲* ab aliis *πολιτείας*, ab aliis *πόλεις* intellecto in hunc locum *διττογραφίαν* irrepsisse suspicatur eademque delere vult. Sed omnes libri et scripti et expressi ea servaverunt, ordinem autem praestantissimi codices, Parisinus Σ Bekkeri (K Augeri, Nro. 2934) et Augustani 1us 2us, a Bekkero restitutum et a nobis receptum praebent, quibus accedunt Aldina Taylori et Harleianus, nisi quod etiam *αὐτῶν* praeponunt ita: *τὰς πολιτείας αὐτῶν κ. τ. π.* Quem ordinem Engelhardtus [4] optime defendit, quod Demosthenes in illa gubernationis mutatione interitum urbium viderit. Est igitur loci sententia: civitates Thessalorum Philippus sustulit libertatemque eripuit, unde urbes ipsae perditae sunt. Ergo primum civitates, deinde urbes iis ademit. Post id quidem tempus, ut apte observamus, urbes Thessaliae,

3) De Admir. Vi Dem. cap. 54 Vol. VI p. 1120 ed. Reisk.

4) Programm. Berol. a. 1828 p. 53 sq.

sive quia erant debilitatae sive quia per mutatam reipublicae formam jus amiserant, monetam signare desierunt [5]. — Attamen si quid mutandum esse putas, scribe: *τὰς πολιτείας αὐτῶν κατὰ πόλεις παρήρηται*, cujus confusionis exemplis plenos habes criticorum indices. Aut scribe cum Buttmanno [6] *τῷ μακαρίτῃ*: *τὰς κατὰ πόλεις πολιτείας*, quod concinne oppositum esset *τῷ τετραρχίας*. At sanus esse locus videtur; prorsus enim ex more Demosthenes Synonyma copulans, generale vocabulum praeponit, subjicit aliud, quod pertinet ad singulas partes [7]. *Πολιτεία* est autem generale, cui ad notionem accuratius definiendam *πόλις* subjectum est. Latior notio vocabuli ex Aristotelis divisione apparet: *διειλόμεθα τρεῖς μὲν τὰς ὀρθὰς πολιτείας* (formas reipublicae): *βασιλείαν, ἀριστοκρατίαν, πολιτείαν* (liberam rempl.)[8]. Alterius vocabuli notionem angustiorem intelliges ex ejusdem Philosophi definitione: *Πόλις οἰκιῶν πλῆθός ἐστι καὶ χώρας καὶ κτημάτων αὔταρκες πρὸς τὸ εὖ ζῆν* [9]. Opposita sunt *μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατ' ἔθνη*.

Sed extremum vocabulum Tourellius et qui ad hoc tempus eum secuti sunt, Harpocrationem male intelligentes, perperam explicaverunt *genera hominum*, ut mercatores, agricultores, fabros, alios. In Aristocratea [10] quidem tales significantur, neque vero in nostro loco, ubi *ἔθνος* potius est secundnm eundem Harpocrationem: *τὸ μέγα καὶ*

---

5) Eckhel. Doctr. Numm. Vol. II p. 132.

6) Mytholog. Vol. II p. 290 Annot.

7) Videsis ad Dem. Olynth. I p. 10 §. 3 not. 3.

8) Polit. Lib. IV cap. 2 Vol. XI. p. 97, 12. ed. Sylb. cf. III, 7 p. 71, 22. Ex alia significatione definitur *πολιτεία τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων τάξις τις*. Ibid. III, 1 p. 60, 2. Cf. Xenoph. Hellen. Lib. III cap. 4 §. 7: *συντεταραγμένων ἐν ταῖς πόλεσι τῶν πολιτειῶν*.

9) Ibid. I, 2 p. 3, 11. cf. ejusd. Oeconom. I, 1 p. 231, 13.

10) p. 668 §. 146.

πολυάνθρωπον γένος, gens, populus. Quod jam Valesius rite distinxit. Saepe enim πόλεις et ἔθνη in gradatione copulantur, ut Dem. Cor. p. 316. §. 271: πολλοὶ πολλὰ καὶ δεινὰ πεπόνθασι, μὴ μόνον κατ' ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὅλαι καὶ ἔθνη. Quem cum altero locum ipse Hermogenes[11] ita composuit: ἐπιστώσατο μὲν (Δημοσθένης) αὐτὰ καὶ κατὰ πόλεις ἐκ Θετταλῶν τετραδαρχουμένων. — συνέστησε μὲν οὖν αὐτὸ καὶ κατὰ πόλεις — καὶ κατὰ ἔθνη, συνιστὰς δὲ αὐτὸ καὶ ἀπὸ τῶν κατ' ἄνδρα. Ut a majore ad minus descendens Xenophon Anab. Lib. III. cap. 2. §. 2: κύκλῳ δ' αὐτοῖς πάντη πολλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις πολέμιαι ἦσαν. Idem Cyri Discipl. Lib. VIII. cap. 6. §. 11: πᾶν μὲν ἔθνος — πᾶσα δὲ πόλις. Item Livius Lib. XLII. cap. 5: „omnes non gentes modo Graeciae, sed civitates etiam." Πόλεις igitur intellige Pheras, Larissam, Magnesiam, Pharsalum, Alum etc. omnes ante hanc aetatem liberas et sui juris; ἔθνη Thessalos proprie dictos, Magnetes, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas etc.[12]. His populis novâ civitatium formâ descriptis, imperium Philippus suum maxime extendit, ut Thessaliae nec singuli vel cives vel urbes nec populi toti de libertate amplius cogitare possent. Obstabant enim singulis totius populi copiae, quas regebant praefecti Philippo dediti, atque novarum rerum studium praesidia per urbes munitas disposita compescebant. Dem. f. leg. p. 424. §. 260. Pseud. Dem. Halon. p. 84. §. 32.

Levius est (nam redeundum ad varietatem lectionis), quod pro παρῄρηται Glossema[13] ἀφῄρηται invenitur in Editione Feliciana, Harpocrat. s. v. ἔθνος, Dionys. loc. cit., et in Editionibus Herwagiana anni 1547, ut in Paulina, quarum indices dant παρῃρ. — Wolfius

11) Form. Lib. I cap. 10 p. 320 ed. Laur.

12) Vid. Dissert. nostram de Thessaliae populis p. 4 sq.

13) Vide Ulpian. ad Phil. II loc. cit.

mavult *ἀφῄρηνται.* — Par. ε dat *ἐπανῄρηται.* — Reiskius ex Aug. 2do *περιῄρηται.*

Ob praegressum Perfectum Dionysius pro *κατέστησε* habet *καθέστακε,* quod Reiskius temere recepit; est enim posterioris Graecitatis [14]; et de conjuncto Perfecto cum Aoristo satis docuit Engelhardtus [15]. — Quod autem post *κατέστησε* vulgo additur *παρ' αὐτοῖς,* fluxisse videtur e Phil. IIdae loco gemino (ubi Bekk. *αὐτοῖς*); abest a Σ et Dionysii loc. cit.

§. 3. Verum maxima varietas scribendi est in iis ipsis vocabulis, in quibus disputatio nostra versatur: In priore loco Aug. 2, 3, et a prima manu Bavaricus, ubi secunda vulgatum reposuit, praebent *δεκαρχίαν.* — In altero loco vulgatum est *τετραδαρχίας,* quod Aelius quoque Aristides in suo codice invenit [16]. — Sed Σ, Dionysius, Harpocration, Suidas, Photius: *τετραρχ.*, quanquam Harpocration sub alio vocabulo (*ἔθνος*) formam scripsit pleniorem. Graece enim scribitur *Δεκαδαρχία, Τετραδαρχία,* et *Δεκαρχία, Τετραρχία,* nec sibi constant scriptores multoque minus scribae. Ut Isocrates in Panegyrico [17] secundum universos codices *δεκαδαρχιῶν,* ita in Panathenaico [18] *δεκαρχιῶν* adhibuit, ubi solus Langius e solo codice Bavarico oratorem constare sibi jussit; rectequeCoraës [19]: *Τὸ δὲ ὄνομα εὕρηται παρὰ τοῖς ῥήτορσι καὶ τετρασυλλάβως Δεκαρχία καὶ πενταυσυλλάβως Δεκαδαρχία.* Sic Xenophontis locum [20]

14) Vide Schaefer. ad Olynth. p. 11, 26. Buttmann. Gramm. Vol. II p. 159 s. v. *Ἵστημι.* Qui tamen summus Grammaticus in Mythologo loc. cit. in eundem errorem incurrit.

15) Loc. cit. p. 54.

16) Symmach. I p. 229 Canter.: *Θετταλίαν ἅπασαν ἔχει φρουραῖς καὶ τετραδαρχίαις κατειληφώς.*

17) Cap. 32 §. 110 Vol. I p. 238 ed. Auger.

18) 25 §. 68. II p. 468.

19) Ad eum locum Vol. II p. 46.

20) Hellen. Lib. III cap. 4 §. 2 cf. §. 7.

δεκαρχίας dicentis citavit Scholiasta Aristidis [21] δεκαδαρχίας praeferens, et quae Harpocration composuit s. v. Δεκαδαρχία, transcripta sunt in Suidae Lexico s. v. Δεκαρχία, ubi tamen variata est lectio et serie postulatur illud. Sed ne minutiis nos delectari videamur, neve, quod facilius sit, cumulemus varietatis exempla, audiamus potius Schneiderum [22] de differentia earum formarum disserentem. Ex ejus doctrina Δεκαδάρχης s. Δεκάδαρχος est i. q. decurio, praefectus δεκάδι sive decuriae, decem militibus, viris, partibus, regionibus, ut Xenophon diserte docet [23], ejusque munus dicitur δεκαδαρχία. — Δεκάρχης s. Δέκαρχος est Decemvir, ein Zehner, Mitglied eines Zehnercollegiums, ejusque munus est δεκαρχία. — Δεκαρχίαι sunt plura imperia denorum virorum; δεκαδαρχίαι plures praefecturae singulorum. Haec fere Schneiderus; qui ex sua disciplina omnia corrigantur imperat; at meliora discere potuit a Palmerio [24]. Nam quas Xenophon nominat δεκαρχίας, easdem Isocrates appellat δεκαδαρχίας, et ut τέτραχμον e τετράδραχμον atque τετρᾶχμα e τετράδραχμα docente Etymologo Magno [25] contractum est, ita τετραρχία e τετραδαρχία. Forma tamen in aliis alia est usitatior, notio autem est diversa similium vocabulorum, ut ex usu certo et constanti δεκάρχης (Herodot. [26]) sive δεκάδαρχος (Xenoph. — Var. δέκαρχος [27]) significat decurionem, decem militibus praefectum, sed δεκαρχία (Xenoph.

---

21) p. 217 ed. Frommel.

22) Ad Aristot. Polit. II cap. 8 §. 4 Vol. II p. 145 sqq.

23) Cyripaed. Lib. II cap. 1. §. 22, quanquam in proxima 23 §° variatur δεκαδάρχων et δεκάρχων.

24) Exercitt. p. 472.

25) p. 754, 40.

26) Herodot. Lib. VIII cap. 81.

27) Cf. Polyb. VI cap. 25 init. Arrian. Tact. p. 93 ed Blanc.

et Mscr. Diodori[28]) sive *δεκαδαρχία* (Isocrat. Demosth.), quod compendio invenitur *δεκᾶρχία*[29], non munus decurionis significat, ut H. Stephanus nullo auctore affirmat, sed decemviratum, collegium decemvirorum, quales erant Lacedaemoniorum Decadarchiae, et Romanorum Decemviratus legibus ferendis[30]. Item *τριαρχία* est triumviratus (Dio Cass.); at *πεμπαδαρχία* (Xenoph. — Var. *πενταδαρχία*) munus *πενταδάρχου* (Pollux. — Var. *πεντάρχου*), praefecti quinqueviris. *Τετραρχία* (veteres) sive *τετραδαρχία* (Appian.[31]) significat praefecturam quartae partis terrae[32], singulorum Tetrarcharum administrationem et provinciam, vel munus vel regionem. Exempla sunt Gallograecia, Palaestina; et de hujus descriptione testis est Josephus[33]: *Τὸ μὲν ἥμισυ μέρος τῆς βασιλείας Ἀρχελάῳ δίδωσιν, ἐθνάρχην προεῖπών, ὑποσχόμενος καὶ βασιλέα ποιήσειν, ἐὰν ἄξιον ἑαυτὸν παράσχῃ. Τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν εἰς δύο τετραρχίας δυσὶν ἑτέροις παισὶν Ἡρώδου δίδωσιν.* Filiis igitur Herodis M. tribus Palaestinam Augustus ita distribuit, ut Archelaus Ethnarcha semissem sive duas Tetrarchias, Antipas et Philippus Tetrarchae singuli reliquas quadrantes acciperent[34]. Itaque plures Tetrarchias in unam Dynastiam coalescere

---

28) Lib. XIV cap. 13.

29) Fischer. ad Weller. Vol. I. p. 236. not.

30) Vide Dionys. Hal. Antiqq. Roman. passim in Reiskii Ind. Gr. s. vv. *δεκαδαρχία* et *δεκαρχία*. Plutarch. Quaest. Rom. p. 277. C. Francf.

31) Bell. Syr. p. 110 ed. Steph.

32) Significavit id vocabulum postera ut videtur aetate etiam quartam partem manus militum. Suidas: *Τετραρχία· οἱ τέσσαρες λόχοι, ἄνδρες ξδ', καὶ ὁ ἡγούμενος τετράρχης.* Cf. Arrian. Anab. III cap. 18. §. 8.

33) Bell. Jud. Lib. II. cap. 4. §. 3.

34) Vide Scaliger. in Thesaur. Temp. ad a. MMXX. p. 163 sqq. Relandi Palaestin. p. 172 sqq. Krebs. aliosque intrr. ad Ev. Lucae cap. 3 vs. 1.

videmus, nusquam vero, quod fidenter dico, quamvis multi negent, quarum opiniones infra referemus, nusquam legitur plures praefuisse [35] Tetrarchiae uni; plures quidem *τετραρχοῦσι*, sed totius terrae, non singulae partis. Quod Isidorus, Tetrarchas explicans „quartam partem regni tenentes", satis docet, magis etiam Galatiae civitas. Universa enim ea natio in tres populos erat divisa, moribus, institutis et lingua similes, singuli populi in quatuor partes, *Τετραρχίας*, quarum suum quaeque habebat *Τετράρχην*, ut universi essent duodecim. *Τριῶν δὲ ὄντων ὁμογλώττων καὶ κατ' ἄλλο οὐδὲν ἐξηλλαγμένων, ἕκαστοι διελόντες εἰς τέτταρας μερίδας, τετραρχίαν ἑκάστην ἐκάλεσαν, τετράρχην ἔχουσαν ἴδιον. — Ἡ δὲ τῶν δώδεκα τετραρχῶν βουλὴ ἄνδρες ἦσαν τριακόσιοι* etc. Verba sunt Strabonis [36]. — At nonnunquam nomen mansit mutatâ ditionis formâ, inde tum majores minoresve regiones tum singulae urbes in Phoenice et Syria appellabantur Tetrarchiae, ut Dejotarus pae ne tota Gallograecia potitus, Tetrarcha dicebatur [37].

Quibus rebus ut decet perpensis, satis patet, quomodo eodem tempore, quo Decadarchiam Philippus instituit, eidem terrae imposuerit Tetrarchias; sed specie quadam ducti, alia alii senserunt.

§. 4. Jam praeivit Harpocration circa 350. p. Chr. scribens: *Δεκαδαρχία. Ἰσοκράτης. Τὰς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατασταθείσας πόλεσι δεκαδαρχίας συνεχῶς ὀνομάζουσιν οἱ ἱστορικοί. ὁ μέντοι Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ* [38] *τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο τοὔνομα. φησὶ γὰρ, ὅτι Λακεδαιμόνιοι δέκα μόνον ἄνδρας κυρίους ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν. Φίλιππος μέντοι παρὰ Θετταλοῖς δεκαδαρχίας οὐ κατέστησεν,*

35) Vide Salmas. Exercitat. Plin. p. 406. B.

36) Lib. XII p. 567. A. Ed. Casaub.

37) Hirtii Bell. Alex. cap. 67. cf. Cicer. Divin. I. cap. 15. et Orat. pro Dejot.

38) §. 68 vid. supra not. 18.

ὡς γέγραπται ἐν τῷ ἕκτῳ Φιλιππικῶν (ex vulgari ordine, quae nunc vocatur Philippica II^da [39]) Δημοσθένους, ἀλλὰ τετραρχίας. — Idem s. v. Τετραρχία. — Εἴη ἂν οὖν λέγων ὁ Δημοσθένης τὴν Τετραρχίαν. Vestigia presserunt Scriptor Etymologici M. ac Suidas et recentes Tourellio [40], qui agit omnium audacissime, prudentiores Augerus, Reiskius, Ducas, qui omnes et, ut videtur, Buttmannus [41] in hanc sententiam iverunt:

> mutandum esse in Philippica II^da vocabulum Δεκαδαρχίαν in Τετραρχίαν.

Numeralia quidem persaepe corrupta sunt, et notâ $\overline{\Delta}$ tum quatuor tum decem significantur, unde Δεκαρχία et Τετραρχία facillime confundi largimur. At ne ita quidem consentirent loci, est enim in Phil. III^ia τετραρχίας; sed ante, quam nostram sententiam dicamus, audiendi sunt reliqui.

Toepferus, quod Palmerio [42] aliquando in mentem venerat, Δεκαδαρχίαν in Philippica II^da sanum, Τετραδαρχίας in Philippica III^ia depravatum esse, subobscure annotavit. Clare quidem Reiskius: Thessaliam, inquit, jam dudum in quatuor principatus divisa erat; nihil ergo Philippus in forma Thessaliae regendae novasset vetustam restituens; sed novasse dicitur. Haec Reiskius; sed ipse in Indice Graecitatis, quae prius annotaverat, retractans Harpocrationi assentitur, tanquam Demosthenes memoriâ falsus esset, δεκαδαρχίαν dicens pro τετραρχίας.

---

39) Vide, si argumenta desideres, Valesii Annot. ad h. l. et Bremii Dissert. in Philolog. Beyträge aus der Schweitz p. 27 sq.

40) Observ. ad. Dem. p. 322.

41) Dissert. de Aleuadis in Actis Academ. Berol. 1822/23 p. 210 et in Mythol. Vol. II. p. 290.

42) Exercitt. loc. cit.

Neque enim in codice ullo unqnam manu scripto, quod optant, lectum est nec legit Harpocration, ut Bremius opinatur, quod vehementer miror, quum perspicua ejus sint verba et simpliciter ita vertenda: „Philippus apud Thessalos non Decadarchias constituit, ut scriptum est in sexta Demosthenis Philippica, sed Tetrarchias. — Demosthenes igitur dixerit *τετραρχίαν*. Haec est Harpocrationis sententia, quam non censuisset esse argumentis firmandam, si in codice suo quod voluit invenisset. Sed in auxilium vocare potuit Bremius Etymologici M. verba s. v. *Δεκαδαρχίαι*: — *καὶ Φίλιππος μέντοι παρὰ Θετταλοῖς δεκαδάρχην κατέστησεν ὡς Δημοσθένης ἐν ἕκτῳ Φιλιππικῶν*. At locus depravatus est, quod vel e Suidae Lexico apparet.

Quare temeritatem merito cohibuerunt Palmerius [43] et Göllerus [44] acutissimi et prudentissimi.

§. 5. Altera sententia est non correctorum, sed interpretum; quod munus primus suscepit Petrus Victorius. Nam quid Ioannes Hartungus repererit, a quo Maussacus [45] praedicat haec jam illustrata esse, et ubi illustraverit, id dolemus nos fugere, frustra evolutis locorum memorabilium ab eo electorum decuriis. P. autem Victorius [46] non idem de eadem re in duobus locis censet Demosthenem dicere. In II^{da} enim Philippica, si verum vidit doctus Florentinus, ostenditur Philippum Thessalis, quos antea coeperit ornare, imposuisse decemviros, qui eorum rempl., ut ipsi commodum esset, gubernarent. In III^{ia} vero, quum eandem in illos injuriam fraudemque orator exponeret, tradit quatuorviros praefectos

43) Exercitt. p. 624.

44) Prolegomena in Demosth. II. (anni 1823) p. 19 not. 16. Quae idem vir humanissimus et liberalissimus mihi nuper eaque suâ manu aucta dono et usui dedit.

45) Ad Harpocr. loc. cit.

46) Var. Lect. Lib. XXXII. cap. 17.

esse, qui summam ex ipsius voluntate potestatem haberent. Ne igitur, ita ille pergit, cogamur dicere accuratissimum oratorem in tanta re sibi adversari, videndum est, quomodo hoc manere possit. At ipse in nodo dissolvendo haesitat, et turbatus turbat legentem, nec, quanquam saepe repetiebam, quid sibi finxerit, intellexi, nisi quod in Romanorum coloniis, praefecturis et municipiis magistratus fuisse et Decuriones et Quatuorviros non inepte commemoravit. Utinam clarius et diligentius disseruisset Victorius!

Perspicue saltem Vincentius Lucchesinius [47], qui aliàs hebetiore judicio esse solet: „unicuique, inquit, Thessaliae civitati Decemviratum praefecit.“ At suo more iste interpres unum modo locum respexit, neglexit alterum. Quid igitur effecit? prorsus nihil elaboravit.

Aliam viam ingressus Olivierus [48] putat Thessaliam in quatuor quidem divisam esse partes, sed cuique denos viros praefectos. Eam opinionem amplexi sunt Lelandus [49] et Cesarottius [50], sic praegresso Hieronymo Wolfio: „Philippum decuriones singulis civitatibus praefecisse intelligo, id quod et Lacedaemonii fecerunt.“ Nihil de Tetrarchiis. Valckenarius [51] contra, Vogelius [52] et Ducas, de Decadarchia non cogitantes, quatuor partibus quatuorviros praefuisse voluerunt. Nihil ad explicandam difficultatem. Itaque G. H. Schaeferus interrogavit: Num forte duo hos locos sic conciliabimus, ut Philippum dicamus toti Thessaliae Tetrarchas, singulis urbibus Decarchas praefecisse?

---

47) Annott. Histor. p. 386.

48) Vita Philippi Vol. II. p. 149.

49) Vita Philippi Vol. II. p. 109.

50) Version. Demosth. Italianae Vol. II. p. 42.

51) Orat. de Philippo p. 261 sq.

52) Vita Philippi p. 172 not.

At iis opinibus plura obsistere video: 1) De una Decadarchia loquitur Demosthenes, 2) de pluribus Tetrarchiis; 3) Tetrarchia non est Quatuorviratus; 4) Eudicus toti Thessaliae praefectus erat 5) et unus Thrasydaeus Tetrarchiae. 6) Philippus non constituit Decadarchias, quales Lacedaemonii civitatibus imposuerant, ut eo fere tempore laudat Isocrates [53]. De quibus rebus infra disseremus; nescio autem, hisne causis commoti alii aliam rationem inveniendam esse sibi persuaserint.

§. 6. Namque Jacobsius existimat statim post tyrannos ejectos Thessaliae novam qualemcunque gubernandi formam a Philippo descriptam esse, quam Demosthenes nominaverit Decadarchiam pro odio, quod inerat in vocabulo, et oratoribus, praecipue Isocrati, campum aperiebat, ubi administratio optimatium multitudinis gratia perstringeretur. Non igitur certam quandam formam, sed grave tyrannorum in eos, qui parere cogerentur, imperium innui opinatur Jacobsius, ejusque vestigia secutus est Wachsmuthius [54]. Hinc fluxit Weiskii [55] commentum *δεκαδαρχίας* pro *τετραρχίας* per amplificationem invidiosam arbitrantis dictas esse, quia consilium oratoris unice spectandum sit.

Erravit autem ille vir praestantissimus, quod Diodori rationi fidem tribuit, qui res praeteritas suo quidem loco, sed tempore alieno repetere solet; ejecti enim diu erant Thessaliae tyranni (Olymp. CVI, 4 a. Chr. $\frac{353}{352}$), quum quatuor partes restituerentur (Olymp. CIX, 1 a.

---

53) Orat. ad Phil. cap. 40. §. 95. Vol. I. p. 370: *σὺ μὲν Ἕλληνας εὔνους ἕξεις, ἥνπερ ἐθελήσῃς ἐμμεῖναι τοῖς περὶ τούτων εἰρημένοις, ἐκεῖνοι δὲ* (Cyri milites) *διὰ τὰς ἐπὶ Λακεδαιμονίων δεκαδαρχίας ὡς οἰόντε δυσμενεστάτους* sc. *εἶχον.*

54) Hellen. Antiqq. Vol. I P. 2 p. 276.

55) De Hyperbole P. III p. 16 not. 11.

Chr. 344). Deinde eam vim Jacobsius, quam optat, in vocabulo δεκαδαρχία inesse non probavit.

§. 7. Auditis jam et refutatis sententiis aliorum, meam causam aequis judicibus committam. At monuerit fortasse quis amicus: Tene, quum tam multae tamque variae doctissimorum interpretum atque scriptorum sint vel vanae opiniones vel gravia judicia, novum aliquod addere? adeoque tibi id potissimum sumere, ut verum reperisse tibi videaris? Pulcre. Attamen quamvis in arrogantiae suspicionem me incurrere videam, tamen novam sententiam ostendam, eamque veram esse etiam obtrectatoribus breviter declarabo.

Philippus in singulis Thessaliae civitatibus vel optimatium vel popularium potestate sublata, omnibus libertatem eripuit, sua quoque affectante commoda. Qui enim in urbibus nobilissimi communi reipublicae praeerant, suae libertatis proditores infelices, ultro se in servitutem conjiciebant, Philippi et hospitium et familiaritatem et amicitiam et talia blande excusantes. Reliqui et quicunque tandem in singulis urbibus summam potestatem habebant, a quibus illos coërceri oportebat et statim occidi, tantum aberat ut tale quid agerent, ut iis inviderent et aemularentur et singuli se tales esse optarent. Atqui eae res talesque aemulationes Thessalorum principatum et communem auctoritatem perdiderunt [56], et facillimo negotio Philippus communitatem quasi dissecuit membraque disjecit, simulans se iis pristinas Tetrades reddere illas quidem ab Aleua rufo institutas [57], sed diu, certe per 60 annos, antiquatas et varie secum commixtas vel abalienatas. Iterum igitur Thessaliam in Thessaliotidem, Phthiotidem, Pelasgiotidem et Hestiaeotidem

56) Demosth. fals. leg. p. 424 §. 259 sq.

57) Aristoles ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ ap. Harpocrat. s. v. Τετραρχία.

descripsit[58]. Singulae parti magistratum[59] Tetrarcham, et toti Thessaliae decemviros praefecit. Quam rem illustrabo et confirmabo exemplis. Thrasydaeum proditorem patriae[60], hominem pusilli animi, adulatorem maximum, tyrannum esse jussit in ipsius populares[61] i. e., si ratione concludimus, in Pelasgiotidem. Thrasydaeus enim erat nomen Aleuadarum, qui Larissae habitabant; Larissa autem erat urbs

---

58) Hellanicus *ἐν τοῖς Θετταλικοῖς* ap. eundem ibid. Cf. Dissert. notram de Thessaliae populis §. extrem.

59) Theopompus ap. Harpocr. ibid.: *Ὅτι δὲ Φίλιππος καθ' ἑκάστην τούτων τῶν μοιρῶν ἄρχοντας κατέστησε, δεληλώκασιν ἄλλοι τε καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τετάρτῃ* (sc. *τῶν ἱστοριῶν* vid. not. 61). Si quis *ἄρχοντας* Pluralem urgeat, reputet velimus, quae supra de significatione *τοῦ Τετραρχία* exposuimus et quae mox dicemus de Thrasydaeo; recteque quatuor omnino praefecti, cuique parti singulus, plurali numero dicuntur.

60) Dem. Cor. 324. §. 295, ubi I. Bekkerus e multis codd. *Θρασύλαος* edidit pro vulgari *Θρασύδαιος*, quod praebent etiam Athenaeus loco proxime citando, Plutarchus vita Demosth. cap. 18 (*ιγ'*) p. 854 B., sed mutato accentu: *Θρασυδαῖος*. Apud Diodorum Lib. XI cap. 48 nomen filii Theronis Himeraeorum tyranni scribitur *Θρασυδαίου*. Codex *Σ*: *Θρασύδαος*, ut in Augustano quoque primo a prima manu, quanquam posterior radendo effecit *Θρασύλαος*. Apud Herodotum Lib. IX. cap. 58 nomen ejus, qui haud dubie unus e majoribus proditoris hujus erat, legitur *Θρασυδήιος* cum Var: *Θρασίδηος*, *Θρασύδηιος*, *Θρασυδιαῖος*, *Θρασύδιος*, *Θρασυδαῖος*, *Θρασύδημος*. Ego codd. praestantissimos *Σ* et Augustanum primum censeo genuinum dare: *Θρασύδαος* i. e. *Θρασύδᾱος*, quod jonice dixit Herodotus *Θρασυδήιος*, posteriores *Θρασυδαῖος*, ut ex *τραγῳδία* ortum est Tragoedia; itaque Latine supra scripsi Thrasydaeum. Sic Lari s s a scripsi, quamquam Graecum est *Λάρισα*, ut ex numis et optimis libris apparet. *Θρασύλοχος*, quod exhibet cod. August. 2^dus^, potius e *Θρασύλαος*, quam e *Θρασύδαος* ortum esse videatur; sed ortum est e proximo *Θρασύλοχος*, in quod oculus scribae aberravit.

61) Theopompus ap. Athenaeum Lib. VI cap. 12 §. 55 p. 249 C: *Φίλιππον δέ φησι Θεόπομπος ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Θρασυδαῖον τὸν Θεσσαλὸν καταστῆσαι τῶν ὁμοεθνῶν τύραννον, μικρὸν μὲν ὄντα τὴν γνώμην, κόλακα δὲ μέγιστον.*

Pelasgiotidis [62]. Hoc tamen non valde urgemus; sed ex te ipso judice quaerimus, tyrannus qui a Theopompo vocatur, quis alius fuerit nisi Tetrarcha? Decemvirum exempli causa dico Eudicum, quem Larissaeum (Aleuadam) et ipsum patriae proditorem [63] cum aliis i. e., si Decadarchia erat, quae erat, cum novem Philippus dominum fecit Thessaliae totius. Sic enim Harpocration: *Εὔδικος, Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. εἷς δέ ἐστιν οὗτος τῶν καταστα θέντων ὑπὸ Φιλίππου κυρίων Θετταλίας ἁπάσης* [64].

Itaque recte dicitur Philippus instituisse et Tetrarchias et Decadarchiam. Quum autem utrumque orator posset appellare, prudenter invidioso nomine usus est in oratione apud Messenios et Argivos [65] habita, qui Lacedaemoniorum Decadarchias diu experti erant et, ne idem jugum iterum imponeretur, tum maxime timebant [66].

---

62) Buttmann. loc. cit. p. 290 sq.

63) Dem. Cor. p. 241. §. 48: *μέχρι τούτου Εὔδικος καὶ Σῖμος οἱ Λαρισαῖοι sc. φίλοι ὠνομάζοντο Φιλίππου, ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν.*

64) Cf. Buttmann. loc. cit. p. 288 sqq.

65) Phil. II p. 70 sq. §. 20 sqq.

66) Cf. Al. G. Becker. ad h. orat. p. 287.

Schulnachrichten.

Im Herbste 1829 wurde an die Stelle des als Director und Professor an die Gelehrtenschule nach Bremen berufenen Herrn Prorectors und Professors Dr. Ernst Wilhelm Weber (vergl. Oster-Progr. 1824) Herr Professor Dr. Konrad Schwenck, bisheriger Geschichtslehrer (vergl. Herbst-Progr. 1825), von Hohem Senate ernannt, und die dadurch vacante Stelle erhielt Herr Candidat Georg Daniel Röder, dessen Lebensbeschreibung im nächsten Programm folgen soll.

Das dreihundertjährige Jubiläum wurde, wie das dazu ausgegebene Programm ankündigte, den 21. Sept. 1829 des Morgens in der Katharinenkirche durch sehr passende Choräle und durch die einfach schöne Predigt des Herrn Pfr. Kirschten, und des Nachmittags in dem zweckmäfsig und geschmackvoll decorirten Kaisersaale durch Musik, Reden, Preis- und Medaillenvertheilung vor einer ungemein zahlreichen und hochansehnlichen Versammlung gefeyert, welcher auch auswärtige Gelehrte beiwohnten. Einen bleibenden Werth erhielt dieser Tag noch dadurch, dafs er zwei Schriften veranlafste, welche das Gebiet der Wissenschaft bereichert haben:

Quaestionum De Jure Et Auctoritate Magistratuum Apud Athenienses Capita Duo: Quibus Illustri Patriae Gymnasio Saecularia Tertia Ante Diem XI. Kalend. Octobr. MDCCCXXIX. Celebranda Pie Gratulatur Carolus Fridericus Herrmann, Moeno-Francofurtanus.

Dr. Guilelmi Münscheri Rectoris Gymnasii Hanoviensis Observationes In Virgilii Aeneidem. Accedit Epistola, Qua Illustri Liberae Francofurtensium Civitatis Gymnasio Saecularia Tertia Suo Et Collegarum Nomine Gratulatur Dr. Gorgius Philippus Schuppius Gymnasii Hanoviensis Director. Hanoviae. Ex Officina Typogr. Orphanotroph.

Unsere Wittwenkasse erhielt den Ueberschufs der für die Jubiläums-Medaille eingegangenen Summe . . . . . 67 fl. 51

Mit gleich innigem Danke erwähnen wir der andern erfreulichen Beweise eines milden und frommen Sinnes, welcher sich ferner in folgenden Geschenken aussprach:

1829.	19. Apr.	schenkte Herr Pfeffel	11 fl. 12
„	19. Juni.	Ein Ungenannter	11 fl. 12
„	26. Sept.	Frau Bernus-De-Neufville	22 fl. —
„	5. Oct.	Herr Antoni, Spitalverwalter	2 fl. 42
„	22. Oct.	Herr F. B. bei Veranlassung des Jubiläums.	100 fl. —
„	23. Oct.	Frau Reinherz	7 fl. —
„	27. Oct.	Frau Finger	14 fl. —
1830.	18. Febr.	Am Stiftungstage kam ein	16 fl. 12
		Summa	252 fl. 9

Zu der bevorstehenden Prüfung, welche im Schullocal selbst zu der gewöhnlichen Unterrichtzeit von Montag den 29. März bis Freitag den 2. April gehalten wird, und zu der Progressionsfeyerlichkeit, welche Montag den 5. April Nachmittags von 3 Uhr an statt findet, habe ich die Ehre alle hohen Gönner und Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürger - Repräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jeden Standes und Faches, und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart Derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der anvertrauten Jugend zur Ermunterung dienen!

Hochobrigkeitliche Anordnung der Progressions-Feyerlichkeit,

im Kaysersaale Montag den 5. April Nachmittags 3 Uhr.

Choral.

Nach der Eröffnungsrede des Rectors werden folgende Schüler die Ehre haben Versuche eigener Reden vorzutragen:

Friedrich Jacob Ficus, Primaner: über die Zerstörung Carthagos.

Philipp Friedrich Staudinger, Primaner: über den Nutzen der mathematischen Studien.

Karl Julius Weismann, Secundaner: Vergleichung Alexanders mit Philipp.

Versetzung.

Gesang beschliefst die Feyerlichkeit.

Verzeichniß
der
Lectionen im Gymnasium
nach
Classen und Lehrstunden geordnet
für das
Sommer-Halbjahr
1830.

Uebersicht.

	Sel.	I.	II.	III.	IV.	V.	VIa.	VIb.	St.
Protest. Religionslehre	—	2	2	2	2	2	2	2	14
Deutsche Sprache und Styl-Uebungen	—	2	2	2	2	4	4	8	24
Lateinische Sprache .	—	10	12	12	12	10	10	8	74
Griechische Sprache .	—	8	6	6	6	—	—	—	26
Mathematik	—	2	4	4	4	4	4	6	28
Physik	—	2	—	—	—	—	—	—	2
Naturbeschreibung . .	—	—	—	—	—	—	2 ⌣	2	4
Erdbeschreibung . .	—	—	—	—	2	4	2 ⌣	2	10
Geschichte	—	4	4	4	2	—	—	—	14
Class. Alterthumskunde	—	—	—	—	—	—	—	—	
Logik	—	—	—	—	—	—	—	—	
Schreiben	—	—	—	—	—	3	3 ⌣	3	9
		30	30	30	30	27	27	31	205

darunter combinirte 7.

Besondere Abtheilungen.

	I.	II.	III.	IV.	V.	St.
Katholische Religionslehre	2	2	2	2	2	10
Hebräische Sprache	2	2	—	—		4
Französische Sprache	4	4	3	3		14
Englische Sprache	2	3	—	—		5
Zeichnen	2	2	3	3		10
Singen	2	2	2	—		6
						49

zusammen . . 254

Montag und Donnerstag.

	Selecta.	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Religionslehre. Evang. Protest. Vömel.		Religion Ev. Prot. Schäffer.	Religion Ev. Protest.	Latein. Exer. dom. (Krebs.) (Döring.)	Rechnen.	Religion. Ev. Prot.
	Kathol. Heimann.			Rödiger.	Thilo.	Günther.	Wirsing.
9 bis 10	Livius. Schäffer.		Ciceron. Laelius. Schwenck.	Latein. Prosaiker. (Cic. Epist.) Rödiger.	Latein. Prosaiker. (Jacobs II.) Thilo.	Latein. Prosaiker. (Krebs.) Heß.	Latein. Exercitia. (Hermann.) Günther. Wirsing.
10 bis 11	Homer. Ilias. Schäffer.		Xenoph. Anab. Schwenck.	Griechische Exerc. ext. (Blume.) Rödiger.	Griechische Prosaiker. (Jacobs I.) Thilo.	Latein. Exer. dom. (Werner.) Heß.	Rechnen. (Flügel.) Günther. Wirsing.
11 bis 12	K. Rel. III. Heimann.	Franz. I. Abth. Expos. Minner.		Zeichnen, VIta. Reges.		Singen, Vta. Meggenhofen.	
1 bis 2	Englisch, III. et IV ta. Will.						
2 bis 3	Geschichte. Röder.		Mathemat. (Thilo.)	Deutsche Stylarb. (Herling.)	Mathemat.	Geographie.	Schreiben.
	Für die Kathol. Steingaß.		Herling.	4 Sprachl. (Roth.) Rödiger.	Thilo.	Heß.	Lauten.
3 bis 4	Demosthen. Exerc. Gr. Vömel.		Geschichte. Röder. F. die Kath. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Rödiger.	Latein. Dichter. (Phaedr.) (Scheller.) Rödiger.	Deutsche Stylarbeit. Heß.	Deutsche Orthographie. Günther. Wirsing.
4 bis 5	Mathematik (Thilo.) Herling.		Exercitia lat. ext. (Strack.) Vömel	Geschichte. Röder. F. die Kath. Steingaß.	Geschichte. Rödiger.	Französ. III. Abth. Exposit. (Jauffret.) Minner.	Orthoepie. Wirsing.

Dienstag und Freytag.

	Selecta.	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
7 bis 8	Hebräisch, II. Abtheilung. Herling.						
8 bis 9	Cicero de Offic. Vömel.	Deutsche Stylarbeit. Herling.	Ovid. Met. Schwenck.	Religion. Ev. Prot. Wirsing. / Katholische. Heimann.	Rechnen, (Flügel.) Günther.		Naturbeschreibung Heß.
9 bis 10	Ciceron. Verr. Schwenck.	Homeri Odyss. Schäffer.	Latein. Prosaiker. (Cic. Epist.) Rödiger.	Cornel. Nepos. Thilo.	Latein. Prosaiker. (Krebs.) Heß.		Latein. Prosaiker. (Krebs.) Günther. / Lat. Gram. Wirsing.
10 bis 11	Platon. Gorgias. Schäffer.	♂ Virgil. ♀ Declam. Schwenck.	♂ Griech. Gramm. ♀ Ex. dom. Nadermann Rödiger.	Griechische Exerc. ext. (Heß.) Thilo.	Geographie. (Gaspari.) Heß.		Rechnen. (Flügel.) Günther. / Kopf-Rechnen. Wirsing.
11 bis 12	Franz. II. Abth. Ex. (Jauffr.) Minner.	Zeichnen, Vta. Reges.			Singen, VIta. Meggenhofen.		
1 bis 2	Englisch, I. Abtheilung. Will.						
2 bis 3	Geschichte. Röder. / Für die Kathol. Steingaß.	Caesar. Schäffer.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Mathemat. Thilo.	Schreiben. Lauten.		Geographie. (Gaspari.) Heß.
3 bis 4	Angewandte Math. Herling.	Geschichte. Röder. / F. die Kath. Steingaß.	Latein. Repetition. Schwenck.	Latein. Repetit. Thilo.	Deutsche Grammatik. (Herling.) Heß.		Deutsche Grammatik. Günther. / Wirsing.
4 bis 5	Deutsche Stylarbeiten. Herling.	Latein. Exerc. dom. (Weber.) Schwenck.	Geschichte. Röder. / F. die Kath. Steingaß.	Geographie. (Gaspari.) Rödiger.	Französ. III. Abth. Gramm. Exposition. Minner.		Orthoepie. Wirsing.

Mittwoch und Samstag.

	Selecta. Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Lat. Exerc. dom. (Weber.)	Cicer. pr. Rosc. Amer.	Latein. Exerc. Ext. (Krebs.) Scheller.	Deutsche Stylarbeit. (Herling.)	Religion. Ev. Prot.	Latein. Exercitia. (Hermann.) Günther.
	Schäffer.	Vömel.	Rödiger.	Thilo.	Heß.	Wirsing.
9 bis 10	Horat. Epist.	☿ Xenoph. Anab. ♄ Ex. dom. Niz.	Latein. Exer. dom. (Krebs.)	Latein. Exposition. (Jacobs II.)	Latein. Repetition. Scheller.	Latein. Repetition. Günther. Pestallotz. Formenlehr.
	Schäffer.	Schwenck.	Rödiger.	Thilo.	Heß.	Wirsing.
10 bis 11	Sophoclis. Oed. Col.	Mathemat. (Thilo.)	Griech. Prosaiker. (Jacobs Attica.)	Griech. Grammatik.	Latein. Exerc. ext. (Werner) Scheller.	Latein. Grammatik. Günther.
	Schwenck.	Herling.	Rödiger.	Thilo.	Heß.	Wirsing.
	Hebräisch, I. Abtheilung. Herling.					
11 bis 12	Französ. I. Abth. Exerc. dom. Minner.	Zeichnen, ☿ VI. ♄ V. Reges.	Singen, I. Abth. Meggenhofen.	Schreiben. ☿ V. ♄ VI. Lauten.		
1 bis 2	☿ Englisch, II. Abtheilung. Will.					
2 bis 3	Religionslehre f. die Kath. V — VI. Classe. Günther.	Französ. II. Abth. Exerc. (Neueste Chr.) Minner.	Zeichnen, I. Abtheilung. Reges.			
3 bis 4	Geschichte für die Kathol. IV. Classe. Steingaß.	Franz. III. Exerc. dom. (Hecker) Gramm. Minner.	Zeichnen, II. Abtheilung. Reges.			

Diejenigen Lehrstunden, deren Besuch von dem erklärten Willen der Eltern oder Pflegeeltern eines Schülers abhängt, sind durch lateinische Schrift bemerklich gemacht. Der Eintritt in dieselben muss im Anfange des Semesters geschehen.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
881D3.YV C001
19 PROGRAMME UBER DEMOSTHENES. FRANCOFUR
19 PAMPHLETS IN 1

3 0112 023778282